



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Respondetur rationibus pro eadem opinione adductis. c. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

ditur, nam eodem spectat omnino exemplum duorum fratrum Iacob, & Esau & aliorum duorum, Isaac, & Ismael, inter quos etiam Deus elegit Isaac, ut textus ipse plane indicat: post allatum enim exemplum Isaac, & Ismaelis subiungit Paulus, *Non solum autem illa, scilicet Sara, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri* (supple) exemplum nobis huius rei, quam diximus, præbuit, *Cum enim nondum nati fuissent, &c.* Quis autem audeat asserere, ita Paulum proxime egisse de electione, & prædestinatione gratiæ Isaac, ut putauerit Ismaelem fuisse reprobatum à gratia, & regno Dei, sicut Esau, cum nullibi de damnatione illius constet? Paulum autem vñ fuisse exemplo Isaac, & Ismaelis, licet expresse mentionem Ismaelis non fecerit, statim patet.

Ut igitur hac via textum Pauli explanemus, tria præmittenda sunt. Primum est, duo testimonia veteris testamenti allata fuisse à Paulo in sensu historico, & literali: secundum, illa esse historice intelligenda de hereditate, & primogenitura temporalis. Tertium, nihilominus Paulum eo c. agere de spirituali electione, non quidem Isaac & Iacob, sed populi Gentilici; & de spirituali reprobatione, non Ismaelis, & Esau, sed populi Iudaici, donec intret plenitudo gentium. Textus autem Pauli sic ordinandus est: cum initio capitis ostendisset, se nimio dolore angere, quod videret populum Iudaicum à Domino reiectum, & reprobatum, dixissetque, penes illum fuisse promissiones à Deo factas, subdit, *Non autem quod exiderit verbum Dei*, quasi dicat, non contorsit, quod promissiones illi populo factæ, inanes fuerint: reddit subinde rationem his verbis, *Non enim omnes, qui ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abraham omnes filij, scilicet Abraham, sed in Isaac vocabitur tibi semen.* Hoc est ideo existimo non fuisse irritas promissiones factas populo Israel, licet maxima pars illorum, qui generatione secundum carnem ab eo trahunt originem, reijciatur: quia non omnes, qui ex Israele Patre nostro hoc modo oriuntur, sunt veri Israelitæ secundum sensum Scripturarum, quibus Deus tot, tantæque promittit.

Comprobat autem exemplo, hoc modo, sicut etiam non omnes, qui sunt ex semine Abraham secundum carnem, censentur filij Abraham secundum sensum Scripturarum, & diuinæ promissionis, quæ hereditas temporalis, & primogenitura promissa est, ynde Genes. 21. non posteritas Ismaelis, sed solus Isaac dicitur à Domino posteritas Abraham; quia solus Isaac hæres futurus erat Patris sui Abraham ex diuina promissione. Post adductum vero exemplum Isaac, & Ismaelis, ut ostendat non omnes descendentes ex Israel, esse veros Israelitas secundum promissionem diuinam Scripturarum; continuo adiungit: *id est, non qui filij carnis, sed qui filij sunt promissionis, affiantur in semine.* Quibus verbis explicat allegoriam, quam adduxit duorum fratrum: ac si dicat, sic etiam (ita enim interpretanda videtur particula *id est*) non sunt filij Dei, quibus spiritus adoptionis promissus est, quicunque secundum carnem ex Israel nati sunt; sed illi tantum, ad quos pertinet promissio, & hæresitas spiritualis Abraham, & Israelis; hi inquam sunt filij Dei, & computantur in vero semine spirituali Israelis. Addeit subinde: *Promissionis enim verbum hoc est, secundum hoc tempus veniam, & erit Sara filius: quasi dicat; sicut Isaac natus fuit supernaturali virtute ex Dei pro-*

Valquez in 1. part. Tomus I.

missione, quando Gen. 18. Deus dixit, *Secundum hoc tempus veniam, &c.* & ita in eo dicit computari semine Abraham secundum sensum Scripturarum, & promissionis: ita etiam veri spirituales Israelitæ, & filij Abraham sunt illi, quos gratia, & virtus promissionis spiritualis regenerauit per fidem. Cum ergo in his impletæ sint promissiones factæ, etiam Israelitæ secundum carnem nati reijciantur, nec illarum sint participes, non ideo inanes censeri debent.

Adhibet deinde alterum exemplum verbis superius citatis; *Non solum autem illa, scilicet Sara, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, &c.* hoc est, non solum Sara suscipiens filium ex promissione, ex qua hereditatem patris alio filio reiecto habiturus erat, ostendit nobis non omnes, qui ex eodem semine descendunt, in semine computari, & hæreses esse in domo patris; verum etiam multo magis Rebecca, quæ ex eodem semine patris in eodem vtero duos filios habuit, & ex sola voluntate Dei vocantis, & dicentis, *Maiores seruiet minores*, minor hæres fuit patris, & in semine computatus; maior autem ab hereditate reiectus. Quod exemplum multo expressius rem demonstrat, eo quod Isaac, & Ismael, etiam si ex eodem patre, non tamen ex eadem matre nati fuerint: Iacob vero, & Esau non solum ex eodem patre, & matre, sed ex eodem etiam semine, & concubitu: in illis tamen verbum Dei hanc differentiam constituit, ut minor hæres esset, secundum promissionem, reiecto maiori; idque non ex operibus, sed ex mera voluntate Dei vocantis, & prædicentis. Sic ergo minor populus, scilicet Gentilius, hæres fuit promissionis spiritualis Israel, & populus Israeliticus, qui secundum temporalem generationem ex eo natus est, non fuit particeps promissionis. Ex quibus constant tria illa, quæ initio proposuimus, & tota de reprobatione difficultas soluta manet.

Siqua vero sunt Aug. & aliorum Patrum testimonia, quæ indicate videantur, reprobationis non dari causam, de reprobatione à gratia intelligenda sunt, nec nomine reprobationis in illis vtuntur. Imo Aug. ubique huius reprobationis causam; esse dicit, massam perditionis conspersam peccato primi parentis.

CAPVT IX.

Respondetur rationibus pro eadem opinione adductis.

Am vero duas alias rationes diluere necesse est. Ad priorem ergo respondeo, primam permissionem cadendi in peccatum esse effectum reprobationis à gratia, sed nullo modo reprobationis à regno celorum. Prius satis compertum est: posterius colligitur ex dictis in c. 4. & 5. ut enim esset effectus reprobationis posteriori illo modo, deberet esse ex intentione expellendi illum à beatitudine, cui gratia denegatur: Deus autem non denegat gratiam congruam, nec permittit peccatum ex intentione damnandi, excludendi à regno celorum, ut ibi monstratum est: ergo illa permissio non est effectus illius reprobationis.

Quæret tamen aliquis, si Deus eo fine non permittit, quoniam alio permittit? Dico primum, *Dubium* nobis sufficere id, quod probatum satis est in illis locis, nempe, nullum peccatum à Deo permitti intentione damnandi, aut excludendi à beatitu-

Ggg 2

dine.

Loci in contrarium adducti germana expositione.

49

Prima ratio soluitur.

50

Dubium soluitur.

non prædestinari; sequeretur ipsis impossibilem esse salutem, cum nullus sine prædestinatione saluari possit: quare si Deus antecedenti suo decreto aliquem non prædestinat, non respiciens ipsius peccata; sequitur in potestate illius non fuisse salutem, quæ sine prædestinatione nulli contingere potest. Præterea in cuiusque hominis potestate est, non consentire vocationi, quæ nulli denegatur: ergo in cuiuscunque potestate est, efficere vocationem inefficacem, ac proinde, ut non sit effectus prædestinationis, nec ipse prædestinatus sit: nam sine gratia prædestinationis nemo prædestinatus esse potest.

Ego tamen non possum, non mirari horum Doctorum sententiam, qui cum affirmant, non esse in alicuius potestate prædestinari, quia non est in alicuius potestate gratia peculiari præueniri; nihilominus dicant, esse in nostra potestate non prædestinari, hoc est, gratia illa peculiari non præueniri; cum eadem sit omnino utriusque ratio: nam quamvis cuique nostrum liberum sit potestate antecedenti, cuius vocationi, etiam congruæ resistere, ut infra disp. 98. cap. 8. ostendimus, & ita in nostra sit potestate, ut vocationi nobis collata, de prædestinatione; aut ad non prædestinationem pertineat, ut disp. 92. c. 2. probatum est: tamen, ut ibidem dicebamus in nostra potestate non est, ea gratia præueniri, aut non præueniri, quam Deus nouit in nobis effectum habituram. Quare cum prædestinari sit gratiam illam, quam Deus nouit in nobis effectum habituram, nobis præparari: & non prædestinari sit, gratiam illam nobis non præparari; & neutrum sit in nostra potestate: efficitur, ut prædestinari, aut non prædestinari, non sit in potestate nostra. Porro autem non esse in nostra potestate, hæc gratia, quam Deus nouit in nobis effectum habituram, nos præueniri, aut non præueniri, quis potest dubitare? Quare hac de causa diximus c. superioris, non esse in nostra potestate reprobari, si reprobatio pro gratiæ negatione, & permissione finatur.

Ceterum auctoritate hæc nostra sententia non minus, quam ratione precedenti confirmari potest. Primum nam Paulus ad Rom. 9. cum dixisset liberum esse Deo, misereri; idque non esse volentis, neque currentis, &c. colligit ex omnibus: Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Vbi indurationem non refertur in solam Dei voluntatem, si aliqua ex nobis causa præcessisset, aut in nostra fuisset potestate. Sumit autem indurationem pro negatione gratiæ congruæ à primo auxilio; eam enim opponit misericordiam, quem in gratia præuenienti incipit: Et deinde eodem cap. Nunquid dicitur signum est, qui se finxit, quid me fecisti sic? & alia subdit quibus omnem causam querimoniam contra Deum tollit; non quod ex nobis præcesserit aliquid, ratio- ne cuius finis non prædestinati: sed quia voluntas eius nemo non potest aliqua ratione obfistere, ut disput. 91. c. 13. explicauimus. Cumque dicat Paulus ex eadem massa vnum eligi ad gratiam, alium rei- ciji ab eadem gratia, plane indicat nihil magis ex vno, quàm ex alio præcessisse; ac proinde in nullis fuisse potestate, prædestinari, aut non prædestinari, præueniri peculiari gratia Dei, aut non præueniri: alioquin iam aliquid præcessisset in vno, quod non fuisset in alio.

Præterea Aug. lib. de prædest. Sanct. cap. 9. inquit, Omnes, qui docet, misericordia docet, quos autem non docet, in- valque in 1. part. Tomus 1.

dictio non docet. Et de bono perseverantia capite 1. in fine de misericordia, & gratia peculiari, à qua incipit series effectuum prædestinationis, ait: Cur autem potius illis, quam illis detur, quos cognovit sensum Domini? & iterum eodem lib. cap. 12. Sed quare illos potius, quam illos (scilicet liberat) iterum, atque iterum dicimus, O homo tu quis es, qui respondeas Deo? nempe intelligebat Augustinus nullam esse rationem, seu causam in potestate eius, qui non prædestinatur, ob quam ipse potius, quam alius non prædestinetur. Eodem spectat illud, quod dicit in tractatu 26. in Ioan. Quare hunc trahat, illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare. Idem habet in Ep. 105. in fine.

Respondent tamen, qui oppositam defendunt sententiam, Paulum, & Aug. negasse causam, non ob quam aliquis non prædestinetur absolute, sed coniunctim; nempe causam ob quam hic potius non prædestinetur, non trahatur, nec ei gratia peculiari prædestinatorum concedatur, quam alteri: dicunt autem, hoc nihil obfistere, quo minus in potestate, & libertate cuiuscunque sit, non prædestinari. Est tamen effugium hoc satis inutile, nam si in libera potestate cuiusque est, non prædestinari, & ex ipso metipendit non prædestinari, eodem modo quo non saluari, ut aduersarij contendunt; efficitur plane, eum qui non prædestinatur, & qui non trahitur, causam dedisse, ob quam ipse potius, quam alius non prædestinetur; sicut etiam ille, qui damnatur æterno ignis supplicio, causam dedit, ob quam ipse potius, quam alius damnaretur; siquidem obfirmatus in peccato vitam finivit, alius autem in gratia. Quod si electio, aut derelictio vnius, potius quam alterius, ex solo peccatorum habuit, non est dicendum, in alicuius potestate fuisse, non prædestinari.

Iam vero ex prædicta doctrina fundamenta prioris sententiæ euertere, operosum nobis non erit: ad illa testimonia Scripturæ, & similia vnicuique verbo respondeo, si alicuius momenti censenda sunt, illis solum probari, Deum ex se neminem regno cœlorum, & à salute exclusisse: quandoquidem omnibus auxilia sufficientia, ne damnarentur, si vellent, ex se ipso cōcessit, ut disputatione 97. fusius ostendimus: at vero à gratia peculiari, & efficaci, seu congrua vocatione, quæ est propria prædestinatorum absq; dubio omnes reprobos ex se ipso antecedent voluntate exclusisse, nulla potius ex ipsis arrepta occasione. Negatio enim huius gratiæ, quæ est permissio, nostram libertatem omnino præcedit. Neque vero propterea inde licet nobis colligere, Deum fuisse causam perditionis, & damnationis reproborum concedens enim ipsis media necessaria, & sufficientia, ne damnarentur, si vellent, perseveravit in voluntate antecedenti salutis eorum: & ex ipsorum malitia ortum est, ut talibus auxilijs non responderent, ac proinde proprio suo peccato damnarentur.

Duobus vero illis testimonijs Augustinus solum denotat, in negatione illius gratiæ peculiari, & congruæ, quæ propria est prædestinatorum, agnoscendum esse iustum Dei iudicium, & debitum, non actualis, & proprii cuiusque peccati (id enim neque vero simile est cum permissio prima cadendi omne antecedat peccatum, etiam in doctrina Augustini) sed debitum peccati communis totius generis humani, nempe Adam, quo omnes nos etiam in massa perditionis: quocirca recte inquit ille, eos, qui ex hac massa, corrupta gratia Dei

Ggg 3 liberati.

Primum testimonium.
Secundum
Tertium.

Quartum.

Aduersarij-
rum responsio.

58

Effugium est
inutile.

59

Ad loca
Scripturæ
respondetur.

59

Deus non est
causa perdi-
tionis repro-
borum.

Duo Aug.
testimonia
quæ probant.

60

*Propter pec-
catum ada-
mi non prop-
ter propria
negatur pri-
ma gratia
reprobis.*

liberantur, misericordia pura liberari: qui vero re-
liquantur in ea massa, negata ipsis gratia illa con-
grua, peculiari, & propria prædestinatorum, qua
liberantur, iusto iudicio non liberari, ob pecca-
tum illud commune. Quis enim dicat, ob propria
peccata alicuius primam gratiam peculiarem eis fu-
isse denegatam; quandoquidem permissio peccati,
quæ prior est ipso peccato, est huius gratiæ negatio.

Ad tertium testimonium Augustini responde-
mus, ipsum loqui de gratia adiuuante, & comitan-
te: & de ea recte dixisse, in nobis esse causam, ne
adiuuet, & comitetur nos; quia sufficienti auxilio,
quo omnes præuenimur, respondere possumus:
at vero de gratia prima excitanti peculiari, & prop-
ria prædestinatorum non ait, culpa nostra nobis
denegari, in cuius sane denegatione consistit non
prædestinari.

*Ad tertium
ex Aug. re-
sponso.*

Ad testimonium primum Prosperi respondeo,
recte dixisse, eos, qui exsortes sunt gratiæ Dei, nem-
pe peculiari, & congruæ, de sua nequitia redar-
gui, & ob illam puniri: quia gratiæ sufficienti non
respondent. ob id tamen non sequitur, ob ipsorum
nequitiam non fuisse prædestinatos, hoc est, eis
fuisse negatam gratiam congruam.

*Ad primum
Prosper.*

Ad secundum testimonium eiusdem dico cum
inquit Prosperi, neminem à Deo relinqui, nisi pri-
us ab eo ipse Deus deferatur, non loqui de prima
permissione, & negatione gratiæ primæ: sed ulte-
rioris: quia prima præcedit omne peccatum; & ita
non sequitur propter iniquitatem propriam ali-
quem non fuisse prædestinatum. Vtrum autem lo-
quatur de negatione auxilij sufficientis, an effica-
cis, dicemus disp. 97. cap. 6.

Ad tertium.

Ad tertium testimonium eiusdem respondeo,
aut nomine non prædestinationis intellexisse re-
probationem à gloria: vt explicauimus supra in hac
disputatione capite 6. huius autem sicut ex nobis
datur causa, vt ibidem explicauimus, ita etiam ea est in
nostra potestate, aut certe particula, *quia*, & *ideo*,
quæ causam denotant, non significant apud Pro-
sperum causam rei, sed cognitionis. Nam in illa re-
sponione ad septimam obiectionem Gallorum,
ita ait: *Quia illos ruituros propria ipsorum voluntate
discreuit. Nam quomodo eos haberet præordinata in Chri-
sto electio, cum dubium non sit, donum Dei esse perseveran-
tiam in bono usque ad finem, quam istos ex eo ipso, quod
non perseverauerunt, non habuisse, manifestum est. Non
dixit eo quod non perseverauerunt, non habuisse
donum perseverantiæ, quia potius ex eo quod non
habuerunt varias gratias præuenientes efficaces,
non perseverauerunt, vt manifestum est: sed certo
colligit, non habuisse hoc donum, ex eo, quod
non perseverauerunt: eodem modo reliqua intelli-
genda sunt.*

62

*Prior ratio
soluitur.*

Ex rationibus vero prior quidem frivola est.
Nam quamvis Deus ex se ipso voluerit, aliquos
non prædestinare, hoc est, gratiam efficacem illis
non præparare; non sequitur eos necessario dam-
nari: siquidem eos non deseruit omnino, sed suf-
ficienti auxilio præuenit, quo saluari possent, vt
disputatione 67. dicemus. Sed vrgent aduersarij
hoc modo, sine prædestinatione nullus saluari po-
test: ergo si Deus ex se non prædestinat aliquem,
ipsi salutis adimic potestatem. Verum hoc simile
argumentum in ipsos retorqueri potest hoc modo.
Vt impossibile est sine prædestinatione aliquem
saluari, ita cum prædestinatione non potest aliquis

Retorquatur.

damnari: ergo si Deus ex se ipso absque vlla ex no-
bis occasione, aut absque eo, quod sit in nostra po-
testate, aliquem prædestinat: consequitur, cum non
posse damnari; quod sane ita absurdum est, sicut
aliquem non posse saluari. Vtriusque autem eadem
est solutio facilis, & peruiulgata, de qua plura dictu-
ri sumus disp. 101. cap. 3. nempe necessitatem hanc,
qua dicimus, prædestinatum non posse damnari,
aut non prædestinatum non posse saluari, esse ne-
cessitatem consequentem, quæ sequitur solum sci-
entiam Dei, nec vlllo modo nocet libertati no-
stræ, vt ibidem explicabimus; ac proinde ea
non obstante, dicimus quemlibet posse saluari, aut
damnari.

Posterior vero ratio, ex doctrina disp. 92. facili-
ter dissolui potest. Nam sicutibi concessimus in
nostra potestate esse, vt vocatio nobis collata ef-
ficax sit, seu effectum in nobis habeat, sine quo non
esset effectus prædestinationis; nihilominus non
est in nostra potestate primus effectus prædestina-
tionis, quia primus effectus non est effectus voca-
tionis, sed donatio illius vocationis, quam Deus
nouit scientia conditionali in nobis effectum ha-
bituram: eodem modo licet in nostra potestate sit,
vt vocatio, qua præuenimur, non habeat in nobis
effectum, tamen in nostra potestate non est prima-
tio illius vocationis, quam Deus nouit scientia
conditionali in nobis effectum non habituram:
ab hac autem priuatione incipit non esse præde-
stinatum.

Denique non miror, si Bonaventura, Alexander
& Henricus fateantur, esse in nostra potestate non
prædestinari, quando ipsi iuxta varios modos di-
cendi, quos retulimus disp. 91. affirmant, ex nobis
esse causam, aut conditionem, vt sumus prædesti-
nati. Miror tamen hos recentiores, quos supra me-
morauimus, qui cum fateantur nullam esse in nobis
causam, occasionem, vel conditionem prædina-
tionis, neque vlllo modo prædestinationem in nostra
esse potestate; affirmant nihilominus, in nostra po-
testate esse, & ab ea pendere, non esse prædesti-
natos: cum tamen vtriusque eadem sit ratio, vt
supra dixi, & ita solutæ maneant rationes primæ
sententiæ.

Sed obijciat aliquis, cum reprobatio sit pars
providentiæ, & hæc versetur circa media potius,
quam circa finem, cur reprobationi effectum so-
lum assignamus circa finem? Respondeo respectu
Dei nihil creatum habere rationem finis, vt disp.
81. c. 2. diximus: sed omnia, vt media comparati,
nihilominus reprobationem non solum versant
circa expulsionem à gloria post præuiam perseue-
rantiam in peccato; sed etiam illam ulterius ad hanc
ordinari à Deo, vt ostendat potentiam, & iustitiam
suam, quæ de iniustis, & prauis hominibus vindi-
ctam sumit.

CAPVT X.

Quo pacto Deus sit causa oblationis.

Non solum reprobis subtrahit Deus gratiam
suam semel, aut iterum: sed etiam per varias
occasiones, & per varia temporis spacia, quo si vt
cor illorum obduretur in peccato: cumque hæc
obduratio in Scriptura sæpius Deo tribuatur, vt
dendum est, quid sit, & quomodo Deus causa illius
dicatur esse. Obduratio igitur, quæ exsecratio quædam
est,